

cum remittet, navis potius quam aurigis cedet. Vale  
 Vir summe et me ama, qui nominis tui cultores facere  
 non possum, quin amplectar. Haga Com: vi. Aug: 1632.

Godefr. Wendelino

Pastori Bethasiorum  
 pago Beet.

(159)  
 Compellari a Te, Vir Doctissime, et salutari, et munus  
 culo ornari, magno mihi in pretio est. hoc majori, quod  
 occasionem unam praebes, quam non inutili amicus admitti  
 videar, illud maximo, quod injecta summi Viri mentione  
 per tam honoratam mihi amicitiae sacra, officii meo admones  
 et quo te haberi loco pot sit, doces, qui apud illum summo sis,  
 non recuso licet amantissimum tui testem. perspectos  
 habeo et affectus Puteani, et candorem et judicium, dicere  
 et scire me quam amare possit et non falli, nisi me amaret,  
 sed ut semel lapsus sit, quam in te non erret, palam tute  
 facis, qui <sup>tam</sup> solidae eruditiois dato iudicio, eam me facundiam  
 alloqueris, quam ut conveniri saepe cupiam, a paucis expecto  
 posse conveniri. Amo igitur te nunc jam Vir Clarissime,  
 et colo quam te, quam Puteani, quam meum: amatum etiam  
 ne dubita, et culturus sum constantem quam talem, et quam

Tuus.

C. H.

Qui hoc profert, indicabit  
 quam in manu mea non  
 sit, hanc in re. prolixius grati  
 ficari tibi, quamdiu trans  
 Rubiconem incolis, et in hostico.

In Castris ad Trajectum Mosae.  
 VIII. Cal. Quintil. 1632. XXXII.

Illustrissime et Excellentissime Domine.

(160).

Perquam sero redditae mihi fuere, quas ad me literas dedisti  
 sub finem Mensis Maij. Hanc primam silentii mei, non  
 socordiae, causam admitte. Proximam quod in expedi  
 tione eramus, et ut magnarum itinerum molestiam  
 demas, negotiis tuis vero districtissimi. Tertia est, quod  
 excepta pro tempore spe ocia ac recessus, occultas notas  
 quas commendaveras, alii investigandas tradidi, qui  
 diebus plusculis insumptis, tandem cassi laboris fructum  
 desperationem, retulit: ille quidem in dera  
 Mathematicorum

mathematicorum, quos nonnisse mihi contigit longe in  
et harum rerum peritissimus, ut jam pronunciaro  
veream in Belgio non extare, qui ~~hujus~~ hanc rem  
affectam daturus sit. Mihi certe post Albertum Gira  
dum (hoc viro non obscurum nomen est) ev adova  
est, et fateor, quibus ille frustra insudavit, a me  
tentata quidem fuisse. Inter culpas hoc si referas lata  
aut leuissimas, ecce quo sarciri partim possunt et co  
stare Regi Magno, quam non segues Batavi inserui  
commodis ipsius, id est Reipublicae Christianae studean  
Epistola sunt Bavari ad Electorem Coloniensem et Arc  
ducem Isabellam, quarum autographa illa, et suis  
notis involuta, meo labore hactenus explicata sunt  
ut Alphabetum, quod vides, entoni pateat. Persequen  
cetera, cum nec otium mihi sit, nec temere cuiquam  
aperienda putem quorum tua maxime, vir Ampliss  
et summi Regum interest, omnia sic affecta partim  
curae porro tuae committo. Non restant nisi speciales  
quot characteres, quarum singuli sua quaedam verba de  
et ex filo dictionis passim aut sensu interpretem ipsi  
jurabunt. Epistola si non gravis momenti est, ope  
partium erit hasdum notas deprehendisse, quarum  
fortasse alia uberior fructus extabit. Vale me  
et nos ama. In Castris ad Mosae Trajectum 6. Id. Quintil. 1610

Dum scribendi finem facio, ambigere capi,  
an non iidem isti characteres sint, quorum  
partem me interpretem Haga habuisti,  
nec satis certus sum an secundo frustra  
allaboraverim; utcumque ceciderit, tibi  
vir humanissimo de affectu nostro constabit.  
Et hoc tanti erit.

Diod. Tuldeno

Valde me impensum tabellarii habent Clarissime Tuldeno  
quorum <sup>nescio</sup> socordia, an malitia, quas ad me literas dedi  
medio mense Julio. 12. post die accepit. Malitiam  
temere non habeo suspectam. Nam de nuperis illis  
prioribus ad me, quarum videris facere mentionem  
nihil ne per nebulam quidem vidi. Neque vero tan  
ox. An eis haberi patiar, ut quam amicis magnis vice  
officij